Fragmentarium

subdendo manifestat.
Cuius non sum dignus
soluere corrigiam calcia
menti. Mos apud ue
teres fuit. ut si quis eam
quae sibi conpeteret acci
pere uxorem nollet. ille
ei calciamentum solueret.
qui ad hanc sponsus
iure propinquitatis ueniret.
Quid igitur inter homines
xps. nisi sanctae aecclesiae
sponsus apparuit.
De quo et idem iohannes
dicit. qui habet sponsam
sponsus est. Sed quia
iohannem homines xpm
esse putauerunt. quod
idem iohannes negat.
Recte se indignum esse ad
soluendam corrigiam eius
calciamenti denuntiat.

mortualibus fiant. Incarnatus uero
dominus ueniens quasi calciatus
apparuit. qui in diuinita
te sua morticina nostrae
corruptionis adsumpsit.
Unde etiam per prophetam dicit.
In idumaeam extendam calcia
mentum meum. Per idumaeam
quippe gentilitas designa
tur. per calciamentum uero
assumpta mortalitas
figuratur. In idumaeam
ergo dominus calciamentum
suum se extendere asserit.
quia dum per carnem gen
tibus innotuit quasi calcia
ta ad nos diuinitas uenit.
Sed huius incarnationis
mysterium humanus oculus
penetrare non sufficit.
Inuestigari etenim nullatenus
potest. Quemadmodum corpora

3v

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 2066, CodSerNov2066_3v – Gregorius Magnus, Homiliae in evangelia (https://fragmentarium.ms/view/page/F-jyai/1888/22858)